



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 170. An pensio Ecclesiastica, quæ alicui conceditur super Beneficio alieno ob resignationem, permutationem, compositionem litis &c. sit verè Beneficium aut aliquid spirituale, vel saltem possit ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**



"posse in causis specialibus, & necessariis, v. g. pro-  
 "pter paupertatem & senium resignantis, vel litis  
 "compositionem, vel propter adæquandos fructus  
 "in permutatione Beneficiorum. 2. Debere esse mo-  
 "deratam, ita ut Beneficiato relinquatur sufficiens  
 "sustentatio: talis autem plerumque censetur tertia  
 "pars fructuum. 3. Ad pensionem non requiri con-  
 "sensum patroni, ut quidam volunt, quia id nullo  
 "jure statutum est: Neque ullum fit præjudicium  
 "per impositionem pensionis, cum is fructus non  
 "percipiat ex Beneficio, sed tantum habeat jus insti-  
 "tuendi, & præsentandi, quod ei non adimitur. 4.  
 "Pensionarius post Constitutionem Pii V., ubi ea  
 "est recepta, tenetur recitare officium B. V., nec fru-  
 "ctus suos, si omittat. 5. Pensionem extingui  
 "morte pensionarii, sicut ususfructus morte usufru-  
 "ctuarii. Posset tamen Papa facere perpetuam, ex  
 "plenitudine potestatis. De venditione & redem-  
 "ptione pensionis. *Vid. Lay. l. c. Less. d. 22. Bon. de*  
*simon. d. 1. q. 4. §. 13.*

## A D D E N D A.

2117 **Q.** 170. *An pensio Ecclesiastica, qua alicui  
 conceditur super beneficio alieno ob resigna-  
 tionem, permutationem, compositionem litis &c. sit  
 verè beneficium aut aliquid spirituale, vel saltem  
 possit esse titulus ordinationis. R.*

§. I. Nulla pensio est beneficium, nisi in titu-  
 lum novi beneficii erigatur, uti habet communissi-  
 ma cum *Leur. p. 3. q. 440.*, nam *Cap. Quamvis*,  
*de præb. in 6.* contradistinguitur à beneficio, estque  
 tantum jus temporale, quod finitur cum morte ali-  
 cujus, uti usus-fructus, unde ratione pensionis ne-  
 mo gaudet privilegio Canonis vel fori, *Gonz. Barb.*  
*Leur. q. 442.* §. II.



§. II. Nav. Veg. Rodriq. Vivald. Paris. Garc. 1118  
 Az. Less. Laym. l. 4. t. 2. c. 18. n. 2. Beja p. 1. cal. 37.  
 Castrop. t. 17. d. 3. p. 13. n. 8. Rayn. de benef. l. 2. f. I.  
 c. 2. n. 40. dicunt pensionem ejusmodi ecclesiasticam esse aliquid spirituale, quia prærequirit Clericatum, adeoque est spirituali annexa; & maximè quia nunc post Constit. Pii V. habet annexum onus recitandi officium B. Virginis, adeoque non aliter ac beneficium datur propter Officium spirituale. E contra Bald. Felix. Anchar. Imol. Gonz. Lott. Luca dicunt esse quid merè profanum & temporale, eò quòd non detur ratione præstandi ministerii spiritualis, sed post dimissum illius onus concedatur tantùm in vitæ subsidium, adeoque sit omnino separata à titulo spirituali: quòd autem requiratur Clericatus, est ex solo stylo Curia non concedentis pensionem nisi Clerico; nec adjecta obligatio orandi officium B. Virginis probat pensionem esse spirituale, alioqui stipendium pro Missa etiam esset quid spirituale, cum habeat annexam obligationem legendi Missam. Vide Leur. q. 439.

§. III. Possit aliquis super tali pensione promoveri ad sacros Ordines, si erigeretur in titulum, unè quis potest ordinari titulo patrimonii sæcularis; & id concedit Trid. Ses. 21. c. 2. de Ref., si ita postulet necessitas vel utilitas Ecclesie, Gonz. Az. Barb. Ventrig. Leur. q. 441. 1119

Q. 171. An reservatio pensionis sit odiosa. R. 1120  
 Esse odiosam dicunt Sarn. Paris. Corr., tum quia videtur esse contra jus commune, tum etiam quia affert servitutem beneficio: E contra favorabilem esse dicunt Lott. & Leur. p. 3. q. 436., quia dum coonestatur per causam decentis alimentationis, non contrariatur juri, & onus non tam imponitur beneficio quàm beneficiato, qui cum consentiat, sitque ei